

D. R I T U S
REGIÆ CAMERÆ SUMMARIÆ
REGNI NEAPOLIS,

Nunc primum in lucem editi,

CUM LECTURA, SEU DECLARATIONIBUS,

GOFFREDI DE GAETA

Magistri Rationalis Magnæ Regiæ Curix, Judicis Regii Hospitii, Regii
Consiliarii, & ejusdem Regiæ Cameræ Præsidentis, Joannæ II.
Alphonfi I. & Ferdinandi I. temporibus.

C U M

A D D I T I O N I B V S

CÆSARIS NICOLAI PISANI,

J. C. NEAPOLITANI,

*Olim in supremis Neapolis Tribunalibus Advocati disertissimi,
dein Auditoris in Regia Aquilana Audientia, nunc in Sacra
Regia Audientia Barensi Fiscipatroni.*

Additis ad Ritus ipsos Notis

I N C E R T I A U T H O R I S,

Quæ suis locis reperiantur dispositæ.

Cum duplici Indice, Rubricarum altero, altero sententiarum.



NEAPOLI. Ex Typographia Jacobi Raillard, & Sumptibus ejusdem

Superiorum facultate, & Privilegio.

ILLVSTRISSIMO DOMINO
D. ANTONIO DE GAETA

EQVITINEAPOLITANO

Ordinis Calatravæ Regio à Latere Consiliario
Regiam Cancellariam Regenti,

A C

Magni nuper Camerarii Locumtenenti.

JACOBUS RAILLARD

Felicitatem.



Vm moris sit, ac solemne apud peritos scriptores de Præsti-
te, ac lare suis prospicere monumentis; ut si quæ fortasse
improbe inureret invidentia, probe deleret adjecti nomi-
nis veneratio: & ingratis scævo cuique, proboque grata ac-
ciderent ex patrocinio. Et quem alium exposcebat opus
hoc rituum Regiæ Cameræ luculentissimum ex cordatissimis sibi Pa-
tronum, nisi te, qui longo annorum intervallo in Regiæ Cameræ Curia
juris dicundi Agonothetam sapienter egisti, ut citra regii census jacturâ,
læderes neminem, nec passus es regalia in pessum abire compendia, aut
opprimi vectigales? eximia certe summi Cõsiliî est laus inter salebrosa si-
ne lapsu negotia *versari, & recta tendere in regiis proventibus vindican-*
dis. tu tamen effecisti, ut nihil tibi inuri vel negligentia possit, vel inju-
sticia; illius egregii Regis Theodorici memor placitis, & consilii, qui Fiscii
Patrono rescripsit. Sume igitur Fiscii nostri tuenda negotia, ut nec ca-
lamnia innocentes graves, nec justis petitionibus retentiatores exoneret.
illa enim vera lucra judicamus, qua integritate suffragante percipi-
mus: nõ quaras de potestate nostrâ; sed potius de jure victorias. sit inter-
dũ causa mala Fiscii, ut bonus Princeps esse videatur Et quid mirũ dein-
de, quod iterum, ac tertio Sacra Hispaniarũ Regis Majestas, supplicationi-
bus tuis, quibus tam ingenti deonerari munere efflagitabas, sapienter
obstiteret, quam humaniter annuere maluit; Simul ut diuturnitate laboris
regiam demerereris benevolentia; simul, ut ostenderet ex electionis con-
stantia optimum suis negotiis præfecisse, ac fideliori commisisse muneris
dignitatem. Impetrata tandem ex Regia benignitate tuis laboribus ve-
nia, ac voti compos factus, plurimas post fusas, & ad regias aures
preces, supplicationesque perlatas planum omnibus effecisti, malle te
defungi, quam honoribus fungi; & quod est gloriosum optare, gloriosius
mul-

G O F F R E D I D E G A E T A,

REGIÆ CAMERÆ SUMMARIÆ PRÆSENTIS,

L E C T V R A,

S E V

D E C L A R A T I O N E S

Ad Ritus ejusdem Supremi Tribunalis.

C V M

A D D I T I O N I B V S

CÆSARIS-NICOLAI PISANI

L. C. NEAPOLITANI

P R O O E M I V M.

S U M M A R I V M.

Libros plures faciendū, licet nullus sit fuit, tamen declarando, nihil novi sit. num. 1.
Auctor, quare opus composuit? num. 2.
Interpretatio in causis fiscoalibus, in dubio sit contra Fiscum. num. 3.
Principes interdum exigunt pro communi utilitate pecuniam. num. 4.
Principibus expedit, Republicam in tranquillitate tueri. num. 5.
Exigentes constitutum, nil amplius exigant, quàm quod publica distat auctoritas. num. 6. & quare? num. 7.
Subditi de necessitate iustitiae, tenentur sua jura Principibus exhibere. num. 8.
Subditi constituti sunt quasi pro stipendio Principibus. num. 9. & 13.
Premium propriū, quodnam sit? num. 10.
Princeps est custos iustitiae. num. 11.
Reges debent diligere sapientiam. num. 12.
Reges recipiunt tributa ad sui substitutionem. n. 13.

Principes laborare debent ad omnium pacem. n. 14.
Pro Regibus primò est orandum. n. 15.
Clerici sunt liberi à tributo. num. 16.
Clerici etiam apud Gentiles, liberi erant à tributo. num. 17. & ratio n. 18.
Tributa, licet debita Principibus, quasi laboris stipendium, tamen attendant ipsi, nè dupliciter peccent accipiendo. num. 19.
Principes debent procurare utilitatem populi, & non eripere illius bona. n. 20.
Principes, non procurantes utilitatem populi, expiunt iram Dei. n. 21. & ratio n. 22.
Fiscalia jura cupiens habere, curam populi, & utilitatem non amittat. num. 23.
Potestas condendi leges à Deo tribuitur, sed hoc quomodo intelligatur? n. 24.
Damnifus nil est, quàm iniquitatem firmari per legem. num. 25.
Ex lege iniqua, quot mala oriuntur? num. 26.
Dominus non condemnat Reges, nisi merentes malo regimine. num. 27.